



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Diaconia S. Agathae in Svbvra

Martinelli, Fioravante

Romae, 1638

Cap. VII. De Curatoribus Ecclesiae S. Agathae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11177

qua Ordinis fufum infigne, & fequens
Inſcriptio.

✠ *In nomine Domini. Don Scipio Silueſter
Generalis Montis Virginis à Mercuriano,
Priore & Procuratore Don Ioanne Longo
ſub Pontificatu D. N. Gregorij XIII.
PTOLEMÆO CARD. COMENSI TIT.
O. P. D. M. Ioanni P. M. D. LXXX.*

C A P. VII.

De Curatoribus Eccleſiæ S. Agathæ.

Dedicata Eccleſia S. Agathæ non
longè à Constantini tempori-
bus, nec vllis tunc temporis Regulari-
bus Ordinibus exiſtētibus, aliquot ex-
ceptis religioſis viris calybitis & eremi-
tis, extra Vrbes forſan degentibus, à ve-
ritate non alienum arbitror credere,
Clericos ſeculares illā gubernaffe etiam
Gothorum tempore. Clauſa deinde per
bien-

biennium remansit, donec S. Gregorius denuò illam dedicauit, eiusq. curâ Leoni acolyto tradidit, vt in eius epistola superiùs allata.

Quamdiù Clerici habuerint curandam adhuc scire desidero; verùm quia reperio apud Anastasium in Leone III. hanc Ecclesiam appellari Monasteriũ; apud^a Panuiniũ Abbatiam; tum apud^a Othonem Frisingẽsem^b Monasterium, quod obediuit electioni Victoris IV. Pseudopontificis an. 1159. monachos hìc habitasse facilè constat;

^a De Basil. Later.

^b Lib. 2. cap. 67.

Hinc aliò forsan monachis tràslatis, iterum Clericos eandem obtinuisse anno circiter 1198. colligo ex cap. Querelam. 24. de elect. & elec. pot. Porrò Canonicos seculares inibi fuisse institutos coniectari possum ex concessione Canonatus ad fauorem Ceropauli Nicolai facta per Bonifacium Papam IX. tertio idus Nouembris Pontificatus I. cuius

cuius

cuius Bullam se vidisse mihi retulit in
Romana Curia Residens pro Serenissi-
mo Mantuæ Duce D. Carolus de Cas-
tello Collegiatæ S. Mariæ in Cosmedin
Canonicus .

Nusquam reperire potui, an suppressi
vel aliò translati fuerint hi Canonici ;
Sed anno 1567. hanc Ecclesiam tunc
Titularè Presbyteri Cardinalis Pius V.
donavit Ordini Humiliatorum extin-
cta Parochia, eiusq. parochianis ad San-
cti Saluatoris de Subura translatis : Et
licèt dictum Ordinem idem Pontifex
aboleuerit, nihilominus Ecclesiã duo-
bus presbyteris cum vno administro,
quoad viuerèt, custodiendã assignauit .

Anno 1576. Gregorius XIII. ne
Presbyter Cardinalis solius Tituli ap-
pellatione gauderet, ecclesiam pro tem-
pore existenti Titulari protegendam
tradidit .

Anno 1579. idem Gregorius de cõ-
sensu

sensu Ptolemæi Gallij tunc temporis In Const. Regimèni Pont.an.8.
 Card. Titularis concessit Congregatio-
 ni Montis Virginis Ecclesiã S. Agathæ,
 vt eidem in diuinis Monachi deserui-
 rent: Quos Paulus V. anno 1611. Ab-
 batis regimini subesse iussit.

CAP. VIII.

De Reliquijs & Indulgentijs
 Diaconiaë S. Agathæ.

PRæter SS. Agathæ & Sebastiani Re-
 liquias à S. Gregorio sub ara maxi-
 ma, vt creditur, locatas, & alias in San-
 ctæ Agathæ sacello per Ludouicum
 Card. Beneuentanum conditas, vt ex
 inscriptione supra docuimus, Sanctæ
 quoque Iustinæ Virg. & Mar. pede de-
 coratur. Hunc (cum Paulus V. Pont.
 Max. eiusdè S. Iustinæ corpus ad Mon-
 tis Virginis Monasteriũ transferendum
 do-

do-